

(6) Subjecti sunt iidem Christo, sed nondum plenè Rom. XVI, 20. sicut autem scabellum pedum in die ultimo: Dan. VII, 27. Matth. XXV, 34. Jes. LXVI, 24. 1. Cor. XV, 25. &c.

(7) Subjiciet Filio hostes Pater, subjiciet sibimet & Filius: unica quippe utriusque est virtus & operatio: Joh. V, 19. X, 30. XIV, 9. 10. XVII, 5.

(8) Confidamus igitur: Joh. XVI, 33. Rom. VIII, 37. 1. Joh. V, 4. 5. cumque Davide Rege huic subjiciamur Domino: Psal. II, 10. &c. Prov. VIII, 14.

USUS E VERSU II.

(1) Dominum Messie, Sceptro robusto significatum, excitet in nobis humillimam venerationem, fidem, obsequium. Luc. I, 6. 75.

(2) Dominium hoc non inclusum Zioni vel Palestina, sed totum pervasit orbem. L. de Vocatione gentium: Jes. XLIX, 6. Actor. XIII, 46. &c.

(3) Emisissis per orbem Apostolis emissum simul Messie sceptrum. L. de Vocatione & missione Ministerii.

(4) Dominatur Messias non more regum mundanorum Joh. XVIII, 36. VI, 15. sed conscientias curans, celestia distribuens, &c. Phil. III, 20. Vide L. de regno potentia, gratia & gloria.

(5) Subditi fideles inter medios degunt hostes, triticum inter, Zizania, pisces vivi inter putridos, &c. Matth. XIII, 41. 48.

(6) Hostes piorum sunt hostes Christi Actor. IX, 4. 5. Hos incorrigibiles confringit: Psal. II, 9. Perfer igitur, o pium pectus, nec despera: 1. Petr. IV, 12. 13. Apoc. XII, 11.

USUS E VERSU III.

(1) Populus Messie, milites subditique ejus, non sunt coacti, sed spontaneo adhaerentes spiritu; ultrò & cum gaudio agentes, quod suum est: Psal. LI, 14. XL, 9. conf. Jud. V, 2. 9. Philem. vers. 14. 1. Cor. X, 13. Col. III, 17. 1. Par. XXVIII, 9. Jer. XXX, 21. Actor. XVII, 11. Huc etiam Oblationes spontanea, 1. Petr. II, 5. Rom. XII, 1. Phil. II, 17. Hof. XIV, 2. Psal. LI, 9. Apoc. V, 8. Vid. L. de Ecclesia. Religionis est, non cogere ad religionem.

(2) Dies exercitus Christi nil aliud, quam totum tempus gratia, quò milites spirituales colliguntur adversus Satanae regnum praeliaturi: vide Ephes. VI, 10. Rom. XIII, 12. 13. 2. Cor. VI, 2.

(3) Sicut in convivio vestis nuptialis praeprimis necessaria: [Matth. XX, 11.] ita apud Messianum populum ornatus quoque sanctus: 2. Cor. VII, 1. seqq. 1. Petr. I, 15. 16. Ebr. XII, 14. Ephes. V, 27. 1. Thess. IV, 5.

(4) Roris matutini cum copiosissimo Messie exercitu, seu Juventute regenita, egregia convenientia, ob originem insensibilem, (Joh. III, 8.) numerositatem, amoenitatem, commoditatem, &c.

USUS E VERSU IV.

[1] Magna est DEi benignitas, dum in hominum gra-

tiam jurat, quis juranti non crederet? Huc illud Ezech. XVIII, 23. XXXIII, 11.

[2] Vide, ne te poeniteat boni propositi promissique: 2. Cor. VII, 10. Sir. XXXII, 24.

[3] De DEi immutabilitate, apud quem nulla locum habet Poenitentia proprie dicta, v. Numer. XXIII, 19. 1. Sam. XV, 29. Rom. XI, 29.

[4] De Sacerdotio Messie in L. de Christi officio.

[5] Quotquot igitur DEum suis offenderunt peccatis, adeant hunc Sacerdotem aeternum, supremum, plenissime reconciliantem, &c. Ebr. IX, 12. VII, 24.

[6] Haic Melchizedeko debentur gratitudinis decima, Gen. XIV, 18. seqq.

USUS E VERSU V.

(1) Messias est Dominus omnium: vid. v. 1.

(2) Ad dextram Dei sedens (v. 1.) est victor gloriosus, conquassans etiam Reges. Coloss. II, 15. Ephes. VI, 12.

(3) Etiam si Rex hic omnium mansuetissimus, Matth. XI, 29. Zachar. IX, 9. (habet tamen diem irae suae: Psal. II, 9. 12. Rom. II, 15. adeoque omnia peraget tempore conveniente: Cohel. III, 10. 17. Psal. LXXIII, 17. 26.

(4) Vide, o homo, ut & tibi ad dextram stet hic Dominus, Psal. XVI, 8. CIX, 31. non Satan, Psal. CIX, 6. Zach. III, 1. 2.

(5) Ne metuamus homines, cum Rex noster etiam Reges conquasset Psal. CXVIII, 6. seqq. Prov. XXI, 30. Psal. XXXVII, 10. &c.

USUS E VERSU VI.

(1) Judex omnium omninò gentium erit Messias: Actor. X, 42. Joh. V, 22, 29. v. Loc. de Extr. Jud.

(2) Cadaveribus equiparabuntur Dammati; Matth. XXV, ult.

(3) Satana, tanquam principis hujus mundi, (Joh. XII, 31. XIV, 30. XVI, 11. Ebr. II, 14.) cum suis angelis plenaria conquassatio reservatur ad diem ultimum.

(4) De Antichristi prostratione vide 2. Thess. II, 8.

USUS E VERSU VII.

[1] Bibere in viâ, defatigationem infert; id quod Messie patienti contigit abundè. Idem si Christi obvenciat membris, mirum haut erit, Bibendum tamen in Viâ, non extra vocationis terminos: 1. Petr. IV, 14, 15.

[2] De torrente bibere delicatolorum non est: bis ipsis annumerari nequit Messias, nec Messie milites: Gal. V, 24. Matth. XX, 22. Ebr. XII, 2. Phil. II, 5.

[3] Uti Serpentis caput conquassatum mansit; ita Messie conquassatoris calcaneus quidem factus est saucius, verum Caput ejusdem paulò post exaltatum est rursus: Phil. II, 9. Luc. XXIV, 26.

[4] Ut cum Christo exaltemur: perferenda prius fastidia: Apoc. III, 21. VI, 11. Act. XIV, 22. 2. Cor. IV, 17. Rom. VIII, 18. 1. Petr. I, 6. Jes. XXVI, 20.

PSALMI CXI. DISPOSITIO.

Deus Sapiens, Verax, Bonus. Carmen paschale.

Est hic I. Dei celebratio; ubi [1] actus: laudate Deum: celebrabo Jehovam: [2] modus: toto corde: [3] locus: in conventu fidelium: v. 1. [4] Rationes: (A) facta ejus sunt magna; (b) sunt expetibilia secundum omnia rectorum desideria: v. 2. (c) gloriosa: v. 3. (B) justitia ipsius perstat in seculum: ibid. (C) memoriale

constituit mirabilia suorum: (D) est gratosus & misericors: v. 4. (E) dat escam se timentibus: (F) faederis sui meminit jugiter: v. 5. (G) annunciat populo suo facta sua potentia: (H) dat eidem hereditatem gentium: v. 6. (I) Facta manuum ejus sunt veritate & equitate plena: (K) mandata ejus sunt fidelia: v. 7. confirmata